



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructæ

De Provisione Et Obtentione Beneficiorvm

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

822. An, & quando possessio habeat vim collationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74485)

feffioni renunciare; quoniam cessat ratio praedicti. Et, ut idem Bartol. in l. §. 2. Si vir uxori, ff. de acquir. poss. quem sequuntur communiter omnes: quod ex inutili contractu perdatur possessio. Paris. n. 39. & 41. Et hoc est, quod etiam communiter tradunt Auctores, titulum beneficii non amitti absque Superioris consensu. ut Abb. in c. ad aures, n. 7. de eo, quod metus causa. Felin. in c. in nostris, de rescript. corollar. 34. Paris. n. 40. Atque ita concludendum, non privari ex hoc proprietate ipso iure, sed requiri sententiam declaratoriam privationis ob delictum commissum, renunciando in manibus non Superioris. Paris. n. 42. citans cap. quod in dubiis, & ibi Hostiens. Innoc. & alii communiter. Quin &, si renuncians coram non Superiore non fuerit privatus a suo Superiore, & alter interea impetravit illud beneficium, hic sit intrusus, & prior possit agere, & beneficium illud repetere ab hoc intruso. Paris. n. 43. juxta decis. Rotæ. Hinc etiam in impetratione talis beneficii necesse est facere mentionem de taliter facta illius renunciatione, nimirum coram non Superiore. Paris. n. 44. citans Felin. in c. in nostris, n. 31. de rescript. Menoch. de arbit. casu 201. n. 47. Paris. conf. 74. n. 5. vol. 4. Porro, quod in dicto casu amittatur possessio, & retineatur dominium, idem procedere, dum resignatio facta in manibus laici, ait Paris. n. 45. contra Butr. in c. 2. n. 6. de renunc. in 6. Bald. in c. quod in dubiis, n. 4. Beroium, in idem c. censentes contrarium; sed quod, dum dicitur in illo c. talem beneficium esse spoliandum, & sic possessione, ista verba inferant etiam ad possessionem, ita ut eam spoliandi, non spoliati sint; cuius tamen contrarium ibidem ostendit & firmat Paris.

4. Limitatur nihilominus etiam a Paris. dicta doctrina, ita ut sustineatur talis renunciatio facta in manibus non Superiorum. Primum, ubi ea dein ratificata fuerit a legitimo Superiore, ad quem spectabat receptio resignationis, & dum illa eam ratam non habuit, recuperari quodammodo possessionem ipsam, ut Paris. n. 49. ex mente tamen potius aliorum quam suâ, dum ipse n. 51. subdit, veram esse conclusionem, ut taliter renunciantes absque superiore, non possint absque superioris consensu redire ad resignata taliter beneficia, intellige, taliter possidenda (quidquid sit de eo, num requiratur nova collatio, in quo puncto remittit ad Jo-Andr. in c. Si te præbendam, de renunc. n. 30.) citatque pro hoc Navar. in c. accepta, oppositioe 7. n. 25. 28. 31. Plures alios casus, in quibus subsistat talis resignatio, & consequenter amittatur quoque ipsum dominium beneficii, vide apud eundem pluribus n. seq. Vide de his pluribus Lott. n. 3. q. 14. ferè per tot. ubi qualiter per resignationem vacet beneficium. Ex quo illud obiter hic notandum, quod in amittenda possessione solus actus seu affectio ejus, qui possidet sufficiat; idque tam in beneficialibus, quam aliis. Lott. ibid. n. 31. & 15. trahaturque id ipsum ad animum concussum metu; eod quod voluntas coacta maneat voluntas. Lott. ibid. n. 14. & 16.

5. De cetero qualiter amittatur possessio alio modo quam per renunciationem liberam, nimirum per privationem, seu cessionem non voluntariam, commodius dicitur alibi, ubi de amissione beneficiorum, illud breviter circa hoc in genere hic observandum, quod privatus ipso iure beneficio, quamvis amittat hoc ipso proprietatem seu dominium beneficii, non tamen amittat simul

hoc ipso seu iure possessionem beneficii. Paris. l. 11. q. 10. n. 11. ex Bald. in addit. ad Speculat. tit. de legato. §. nunc aliquis, q. 46. item conf. 356. l. 4.

PARAGRAPHVS II.

De virtute & beneficio possessionis in beneficialibus &c.

Questio 822. An, & quando possessio habeat vim collationis?

Respondeo possessio tradita ab iis, qui habent potestatem conferendi, habet vim collationis, seu continet in se tacitam & virtuales collationem. Corr. in pr. benef. l. 4. c. 7. n. 14. Gonz. ad reg. 8. gl. 14. n. 45. citans Covar. l. 3. var. c. 16. n. 10. Rotam decis. 16. de præb. in novis. Lott. l. 2. q. 21. n. 35. & 9. 1. n. 24. ubi etiam quod quicumque is sit, qui habet potestatem conferendi per investituram seu traditionem possessionis, simul censetur conferre, instituere, aut confirmare, citans pro hoc Abb. in c. auctoritate, de investit. n. 9. Neque enim necesse est facere duos actus distinctos, cum illa traditio possessionis implicet actum præcedentem necessarium. Lott. ibid. n. 25. citans pro hac Roman. conf. 337. n. 3. Felin. in c. cum aliquibus, de re iudic. Sic actus traditionis, possessionis gestus ab ipso Episcopo (intellige dum penes illum aliàs est privative jus conferendi) Card. Luca, de benef. d. 30. n. 19. Sic dum Capitulum tradit possessionem alicui nulliter proviso, si apud Capitulum verè est jus conferendi, talis traditio habet vim collationis. Lott. l. 2. q. 24. n. 57. ubi etiam, quod tunc non veniat consideranda aliqua ratificatio præcedentis actus nulliter gesti, sed factum merè collationis, & usus potestatis conferendi implicitus in ipsa tolerantia, citat pro hac Achill. decis. 267. n. 5. & 6.

Questio 823. An, & qualiter possessio inferat titulum?

Respondeo: eod ipso, quod constat de possessione beneficii, præsumitur titulum; cum sine illo possideri non possit, &c. si a sede, de præb. in 6. Paris. de resign. l. 13. q. 5. n. 98. (ubi tamen tradit juxta communem in beneficialibus solus possessionis probationem non sufficere ad effectum restitutionis in spolio; cum quis ad beneficium restitui nequeat sine canonica institutione.) Gonz. ad reg. 8. §. 3. proem. a. n. 55. citans Rebuff. de pacif. possess. n. 297. Maic. de prob. conclus. 1200. & alios quamplurimos. Possessio enim præsumitur habita ex titulo præambulo l. 2. c. de acquir. possess. Lott. l. 2. q. 46. n. 2. citans Surdum. conf. 52. n. 10. Curtium Jun. conf. 168. n. 33. & præsumptio hæc ita stat pro possessore, & possessione, ut si ei accedat vel sola potentia boni tituli, præsumatur ex eo acquisita; usque adeo etiam, & illa præsumptio dicitur probatio probata juxta Cassad. decis. 4. n. 5. de usua poss. & prop. Lott. l. c. n. 29. Et possessor præsumitur seu censetur Dominus, Paris. l. 11. q. 1. 25. & l. 10. q. 8. n. 49. citans Menoch. de præsumpt. l. 1. q. 48. n. 6. Felin. in c. cum Ordinem, de rescript. n. 20. & c. Gonz. gl. 45. §. 2. n. 15. ubi quod quando dominium incidenter allegatur, possessor præsumitur Dominus, & pro